



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

De quotidiano profectu, & optimo fructu exercitiorum nostroru[m] 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

510 D. DIONYS. CARTH.

feria secundade morte. tertia de bene
ficijs Dei, quarta de iudicio, quinta de
inferno, sexta de passione, sabbato de
peccatis. Nihilominus vnu quodq; i-
storum quolibet die cogitari potest, i-
mò & debet, præsertimq; passio Chri-
sti, sed propter causam industram quo-
libet die præcipue occupanda est ani-
ma in vno istorum.

*De quotidiano p̄fectu, & optimo
fructu exercitiorum no-
strorum.*

Articulus VI.

I. Ioan. 3.

Per vitati cordis visio Dei, que
est tota merces essentialeque
præmium, correspondet, sed
& charitati debetur visio
Dei, & quo ardenter modò diligi-
mus, eo postmodum clarius Deum vi-
debimus. Vnde constat essentialiter
idem esse, dilectionē Dei, & puritatē
mentis. Nempe puritas animæ quædā
præsupponit atq; includit, sine quibus
nec vera charitas haberi potest, puta
expulsionem peccatorum ac reforma-
tionem passionum, saltem secundum
aliquem gradum. Perfecta vero dilec-
tio, puritasque perfecta, perfectam
quoque

I.

L.
ene
a de
o de
i-
t, i-
hri-
quo-
ani-
10

que
que
sed
sio
igi-
vi-
ter
atē
dā
ous
uta
ma
um
le-
am
uc

DE VITA SPIRI. 518

quoque passionum reformationem
atq; victoriam exigit: ad quam perfe-
ctionē vniuersa tolius vitæ præsentis
operatio ordinanda est. Veruntamen
quoniā (vt ait Philosophus) ars & vir-
tus sunt circa difficultia, sicut virtus at-
que perfectio hæc altissima atq; præ-
stantissima est, sic difficultimè & labo-
riosissimè adipiscitur. Ideoq; indefes-
so animo, ac firma fiducia conari opor-
tet, Deum inuocando atque in eo dun-
taxat sperando. Quod si aliquando,
pro libito nostro non exaudimur, vel
interdum mentem nostram instabi-
lem, aridamq; ac indeuotam inueni-
mus: non idcirco frangamur, sed cum
syncera fiducia constanter instemus,
& manum domini longanimiter pre-
stolemur, nosq; dispensationi cōmen-
demus diuinæ, certi quoniam ipsi cu-
ra est de nobis. & quia quandoq; gra-
tiam suam, vel suspendit, vel differt
propter commodum nostrum. Inte-
rim etiam exteriores delit:æ viles atq;
carnales consolatiunculæ penitus con-
temnenda sunt, & cum gemitu & plan-
etu est imploranda CHRISTI clemen-
tia. Et proptereius absentiam liben-
ter ad tempus in amaritudine simus,

1. Pet. 5.

y 4 finitum

Suntq; tantisper nobis lachrymæ nostræ, & si non corporales, saltem internæ panes die ac nocte. Quemadmodum scriptum est; Renuit consolari a-

Psal. 76, nima mea. Quoniam itaque charitas

æternæ vitæ meritoria est, neq; sine ea aliqua virtus, diuinæ est visionis meritoria, omnis actio ex charitate procedens diuina, vitam meretur eternam. Quemadmodū omnis operatio ex mortali nascens peccato, infernalia

promeretur tormenta. Quotiescunq;

*Affectus
pius in Deū
meretur e-
ternam bea-
titudinem.* itaque mens nostra in Deum afficitur, toties æternam beatitudinem prome- retur, seu ampliorem diuinæ visionis claritatem. Ideoque hic summus no-

ster consistit profectus. & optimus omnium laborum fructus, frequens, ardensque mentis in Deum affectio: & quo in eum uberiorius frequentiusque erigimur, eo proorsus vehementius nobilitamur. deificamur atque profici- mus. Denique sicut ignis consumit stu- pam, sic dilectionis effectus ac ardor peccatum, peccati que pœnam, Sed & sicut charitas summa est virtus, sica- ctio eius saluberrima extat. Propterea quicquid de diuinis & ad diuina per- uentibus, meditationi mentis oc- currit,

DE VITA SPIRI: 513

currit, ad Dei dilectionem & eleuationem nientis in Deum mox referre debemus, ut scilicet siue beneficia Dei, siue passionem Christi, seu aliud quipiam cogitemus, enitamur semper ex his in diuinum amorem compungi! Sed in omnibus ijs ab immoderata lætitia, à dissolutiōe cordis, à risu inani- pro viribus omnino abstinere oportet. Hæc quippe solitudinem, diligen- tiam, & recollectionem cordis impe- diunt atque effundunt: & qui illis læ- tur, diuina vtique consolatione in- dignus efficitur.

*De duplice incitamento diuini
amoris.*

Articulus VIII.

 VO res melior est, eo ama-
bilior est, & quod optimum
est, summè utique est lau-
dabile. Quoniā ergo Deus
benedictus naturaliter ac essentialiter
bonus est, & immensa, perfecta, pura-
que bonitas, in qua est omnium desi-
derabilium, omniumque pulchrorum
infinita ac incomprehensibilis plenit-
tudo: videlicet æterna sapientia, in-
circumscripibilis maiestas, omnipotens
y s virtus,